

PROGRAMMA

ANNO 1792.

92.

PROGRAMMA

in Funere adhuc non

Nob. magnif. ampliss. & consultissimi

Viri,

DOM. IOANNIS
SCHLEBUSCH,

J. U. L.

& Consulis Reipubl. Hamb.

bene meriti,

Quod deducebatur XXXI. Jul. Julian.

A. C. clo Ic LIX.

HAMBURGI,
Typis JACOBI REBENLINI.

PROFESSORES GYMNASII HAMBURGENSIS Studioſæ Juventuti

S. D.

Pſa quidem virtus preium ſibi, ſolaque late
Fortuna ſecura mitet: nec facibus ullis
Erigitur, plauſu ve petit clareſcere vulgi:
Nil opis externe cupiens, n̄l indiga laudis,
Divitias animosa ſuis, immotaque cunctis
Casibus, ex alta mortalia deſpicit arce:
Attamen invitata blandè-veſtigat, & ultro
Amit horos.

Tā verbis prægloriosissimi, ut appellatur, Poētarum viſum est Oratio
nem præſtruere, quā, ſupremo officio functuri, viri incivitate noſtra
ſummi, & Consulis optimē, cum de ceteris, tum de ſtudiis noſtriſ meriti
memoriam venerabiliſter recordari, & aliqua ſaltem celebrare conſi-
tum habemus. Liceat nobis tam piis eſſe: liceat non tam ad ſilendia cauſas
reſpicere, quam loquendi: & cum ceteros commiſeretur, communis
fortunæ, acq[ui]a defunctorum collaudando ſibi minime temperant, neque
quam ſilentio ſolo nos venetemur. Et quaquam, quod carmine jam
occupavimus, ſui honoris ſecuri ſint homines magni, nec in præiubem-
mis, quod ait Cicero, ſerm posſerint rerum furarū: attamen, ut ille virtutem
conſequitur, ſic utrique memória, & depraedatio apud gratos, in primis
que posteros ſuccedit. Neque nos moveat, indigna eſſe tantis meritis
quæcunque proferuntur: & reverentius fuſſe, ut Plinii verbiſ feret hoc di-
camus, integra illibataque cogitationibus veltis reſervari, quam carpim breviter
que perſtingi. Nam & longe plurima ita transmittimus: & cum hoc p[ro]p[ter]e
h[ab]icē præſtare, & ad pietatem interſit, & ad exempla proucul dubio faciat
in iſpa hac re, tam neceſſaria, & tanquam religione quadam devinſit
excusatio invenietur. Ex eo ipſo, quod ardua eſt, ſi non aliunde, co-
natus noſtri, & destinatio, ad quam amor, & reverencia non tam invi-
tant, quam cogunt, ab æquis æſtimatoribus laudem auferent. Exen-
plavereta, & teſtimonia, q[ui]dib[us] pietas aliorum prodita eſt, & noſtra
accendi debet, data opera prætermittimus: cum ab iſpa potius re, & af-
ſenſu prudentum, qui neque ſuis præclare factis ſilentium, & noſtem in-
ducivolent, deſendi ſatis habeamus. Habuerint Romani ſuaroſtra, in
quibus à Junio uſque Bruto præclarissimorum hominum laudes audire
ſunt: & in Ceramico Athenieſium Oratores ſuorum præconia ebuſſi
narint; h[ab]eant interim declaratio noſtra, h[ab]eant invitat[i]o[n]e, dum exequi[us] hoc
die ducentur, dum iuſta persolventur, quod negatum eſt v[er]biſ, ex volu-

tate, & affectu nulli secundo, suppleat. Pauca dicemus, neque affectatè, sed verè: optantes potius, ut rerum dignitas, & pondera qualitercunque appareant, quām alia ornamenta. Felicem nostram Urbem, si plures ejusmodi cives, si rectores habitura est: feliciorē, si diutius superstites. Cujus causa universa civitas in luctu hodie est, & squalore: cujus honoris hæc damus, Virnob. magnis. ampliſ. & consult. DOM. JOANNES SCHLEBUSCH, J. U. L. ET CONSUL, QUI NUNC PRÆSIDERET, nascebatur d. XII. Octob. Jul. A. C. clo loc VII, intra horam VI. & VII. matutinam. Parentes ipsi fuere civis egregius, virque præstantiss. JACOB. SCHLEBUSCH, Juratus D. Petri: & ornatissima fœmina MARIA, honestissimo pariter parente, HENR. BRUSERO, Jurato D. Catharinæ, prognata. Non est pulchrius, aut præstabilius Dei munus, quām pri-mo bonis ortum, deinde oportima indole præditum esse. Per quam omni-nō factum est, ut nōster statim à teneris eximia quæque, & in patria sua summa sibi proponeret, & feliciter assequeretur. Prima literarum tyrocinia in patriis scholis posuit: ex quibus progressus in Academiam Rostochiemē Jurisprudentiæ discendæ se dedidit. Migravit deinde ad alios excerosque, ut variarum rerum, & in primis civilium cognitio-ne magis perficeretur: & ante omnes Britannos, ex occidente nobis objectos, adiit; quorum celeberrimum Lyceum Oxoniense non cito re-liquit. Ad Gallos delatus Aureliæ in primis versatus est: licet & univer-si regni quæ sunt egredia non obiter lustrarit. Hinc in Germaniam reducem inlycta Basilea detinuit, & coronavit. Inde visa Argentinensi urbe, Spiræ diutius adhæsit: Juris nostri sacra & summa quæque coram inspecturus, quandoquidem Germaniæ veluti Amphictyones ibi consi-dent. Quālætitia, quo plausu credamus à suis, ab amicis, imo à Patria ipfa exceptum, cum reverteretur, tanta eruditione, & virtute par-ta, & uilis adeo futurus? *Docuit id non longè post, ut ille in-quip, ingens exitus.* Etenim publicæ salutis gubernaculis admovebatur Senator allectus A. clo loc XXXIX. Et denique Consulares fasces ipsi summo merito delati sunt A. clo loc LIII. Neque conjugii felicitate fraudatus est, A. clo loc XXXVI, matrimonio auspicatissimo sibi con-junctâ lectissimâ virginē ELISABETHA, præstantiss. parentibus nata, HERMAN. WETKEN Canonico, & CATHARINA ANKELMANNIA, Senatoris filiâ. Accesserunt quasi complementum gaudiorum, si quæ sūne hic, amoris dulcissimi pignora sex, filii V. filia I. Ex quo numero duo tantū filii reliqui sunt, qui parentis desideratissimi immaturum obitū lacrumarcentur. Nam qua etate ille ante dies hos VII. nempe XXV. Jul. decepit, intra VI. & VII. vespertinam? Secundo & quinquagesimo etatis anno, in quo corporis vires, per equidem annorum leges, suo vigore consistere deberent: animi prorsus florere. Et his quidem integer-timis usus est: ac illis non item. Quippe à multo jam tempore dubia, & si dicendum est, iniqua valetudine premebatur: quæ, consiliis subsi-disque Medicorum subinde sustentata, nutebat. Unde sub vesperam domum reversus, violentiâ nimii morbi, & qui caput invaderet, quasi in momento est correptus, oppressusque vesperscente altero, quem diximus, die beatissimè acquievit. Erat, quæ laus maxima apud Romanos, egregius civis, optimus Senator, consummatæ pru-dentiaz Consul: & quod apud nos præcipuum esse debet, Chri-stia.

stianæ pietatis observantissimus. Qui facilis lenitate admirabilem au-
 toritatem commiscerat, ut pro re nata omnibus satisfaceret, omni-
 bus occasionibus par esset. Si novi maioresque honores, sicut cal hic
 fuissent, meruisset. Chartis atque desideratus omnibus vixit: ingens
 meritis ingensque fama, vita concessit, cœloque redditus est. Hum-
 anæ frágilitatis, STUDIOSSISSIMI JUVENES (nam ad vos denique inpr-
 mis convertenda est oratio nostra) humanæ illius frágilitatis memori-
 horreamus, & ejusmodi casibus perturbati ingemiscamus. Sed & con-
 trario habere has vices conditionem mortalium cogitemus, contri-
 que pugnandum esse iis remedius, quæ à Dño & Virtute efficacissima
 nobis suppeditantur. Fas est, & pius hoc tempore, & adeò opus
 taudet & bonis recordationibus facta atque famam nominis beati Consulis,
 huic accommodatus vecusta dicta prosequi, & in comitatu ex equarum ci-
 am nos apparere. In primis autem in ejusmodi exempla, Iumentas et
 voston finiant, qui ad eandem vitam civilem viam affectatis. Illud
 meminerimus, in omni vita exercendas nos optimis in rebus esse autem respon-
 curas de patria salute / ut iterum Ciceronis dicta usurpemus / ad quas eti-
 am præter pietatem prima vestra studia referantur. Quod restat. D.O.M.
 deprecamur, ne obitus frequentes clarorum, & præstantissimorum ho-
 minum, quibus nostræ Reipubl. salus nicitur, in omen accipiatur, neve
 potius veniant: ut reliqui diu rebus humanis intersint integri florentes
 que: ut Respubl. in ampliore semper, & tranquilliore statu conservetur.
 Funus amplissima pompa: hoc die hora indicta deducatur ad condito-
 riū, quod est in D. Petri. P.P.D. XXXI. Jul. Jul. A.C. clo. LIX.